

116
ANDREAS DANDVLVS

D U X L I V .

Electus Anno 1343, obiit octavo Idus Septemb. Anno 1354.

S C H E M A V E T V S .

*Alta trium probitas mihi quarto suggerit instar,
Qui de Danduleà prole fuere Duces.*

LIV.



Andreas Dandulus Henrici Danduli, qui plenus triumphis, patriæ Byzantinum adiecit imperium, generosa propago, Rempublicam ornat gladio, calamo sustinet. Ætate adhuc immaturâ Procurator dictus D. Marci, munificentia & comitate, quâ purpuram Principatum etiam sibi conciliavit, Annorumque tantummodo tertii supra trigesimum, Senioribus & Senatoribus præfuit. Octava recurrebat Iaderensium anniversaria defectio, quasi de occisorum capitum sanguine renasceretur: quorum exemplo nè tota Provincia deficeret; *Petrus Canalius*, & *Marcus Iustinianus* immisi, ut terra marique pugnam rebellibus inferrent: Strenuè isti rem gesserunt; quamvis expeditæ copiæ cum ipso Rege è Panno-